

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**D. Gebh. Theodori Meieri Theologi & Prof. in Academia
Julia Antichiliasmus Absolutissimus**

Meier, Gebhard Theodor

Helmstadii, 1696

§. LXV.

urn:nbn:de:bsz:31-105465

pothesis eandem Thesin. 17. sibi contrariam & eodem argumento constringi etiam hic possunt Chiliasta, quod adductum est num. xxxvi. cum hæc duo: Omnes impii in gehennam in adventu Christi detruentur, & quidam impii tam vivi in terrâ adhuc relinquentur, simul consistere nequeant. Prius autem est ipsius Salvatoris apud Matth. xxv. 31. seqq. posterius nostrorum Chiliastarum, cui itaq; parti credendum?

LXV. Hypothesis X. Post pugnam exactam diabolus ita ligabitur, ut amplius homines seducere nequeat: Ita passim docetur in scriptis Chiliastarum. Sufficiat unicum hic adduxisse locum ex *Send. Schr.* §. II. Ich (Christus) wil ausfahren in einer kurzen Zeit / und den Teuffel binden / daß er nicht mehr in den Lüfften schweben / noch das menschliche Geschlecht verführen könne. Quæ hypothesis pugnat contra Thesin 10. ubi ostensum est, quod Ecclesia, quam diu est in terrâ, sub cruce & persecutionibus premi debeat, vid. n. xxvi. xxvii. xxviii. At si daretur tempus, quo diabolus nullos homines seducere possit, nemo etiam pius esset infestaturus. Novi quidem hanc hypothesein desumpsiam esse ex Apoc. xx; sed ibi non fit mentio talis ligationis, per quam diabolus nullos possit homines amplius seducere, sed talis, ut non amplius seducat gentes, seu Ethnicos, eosq; in Ecclesiæ perniciem armet, id quod utiq; factum tempore Constantini. M. vel, ut aliis placet, Martiani. Atque hæ sunt præcipuæ hypotheseis de illis quæ ANTE REGNUM millenarium futura esse docent. Videndum jam, quid tandem, IN IP SO REGNO, eximiæ felicitatis sit expectandum?

LXVI. Hypothesis XI. Qui resurrexerunt in resur-